



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

De homicidio ex bello justo. Remissivè, paragraph. 5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

re, ut Reus audiatur in sui defensio-
nem: id quod non potest fieri, nisi per
probationes externas, quas ipse velit
adducere.

d Dicaf. l. 2. de just. tr. I. d. 4. du.
5. num. 2. cum Arag. Petr. Navar. &
alijs, e ut probat Clav. reg. li. 12. c. 8.
n. 20. ex Clementina. Patronalis, de sen-
tencia & re judicata. &c. qualiter 2. de
accus.

Dixi (regulariter) ut significarem, posse, quando instat magnum aliquod Reip. vel alterius damnum. sed tunc res reducitur ad defensionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ. Relege modo dicta n. 7.

Dices, potest princeps, imo quilibet judex cogere debitorem ad solven-
dum creditor, si certo constet de debito,
quamvis non possit in judicio probari: ergo & potest similem cer-
tum malefactorem occidere.

Respondeo, negando consequenti-
am, disparitas enim est manifesta. si-
quidem in solutione debiti certi: judex
operatur ad compensandum, non ad
puniendum, ad compensationem au-
tem faciendam, sicuti occultè potest
amicus adjuvare creditorem, ita po-
terit & judex, saltem ut amicus: at ad
puniendum requiritur jurisdictio, qua-
non habetur in occultis, ut dictum est

§. V.

De homicidio ex bello justo.

DE hoc ne crimen delicato lectori
recoctam apponamus, sufficient
ea, quæ attulimus lib. I. in decal. §. 4.
n. 29. & n. 36. & rursus §. 7. V. bellum.

CAPUT SECUNDVM.

De homicidio suipius.

§. I.

Occiso sui directa.

Neminis a unquam licere (nisi ex clarissimo Dei instinctu sed quando is?) se ipsum directè occidere, res est manifesta nimis. Qui autem se occidit, qua ratione sit ab Ecclesiastica sepultura arcendus, dixi superius. b Solum ergo hic sunt tria ar-
gumenta solvenda; ex quibus quædam ad proxim conducedentia utiliter explicabuntur.

a l. 5. Aug. li. 2. de Civ. &c. 17. quos Circumcelliones, seu Circuitores appellant
& D. Thom. 2. 2. q. 64. ar. 5. Less. lib.
2. c. 9. dub. 6. & passim Autores. b
sup. li. 2. c. 3. §. q. v. sepeliri in loco sacro.
adde Layman. lib. 3. see. 5. tr. 3. p. 3. c.
1. n. 8. Fagund. in 5. Decal. præc. c. 11. n. 3.

2. Primū argumentum. Possum, ut lib. 5. c. 1. §. 3. n. 33. dictū est, licet mihi desiderare mortē ob bonum finem, v.
g. ut vitæ hujus æruminas effugia: cur ergo non possum eandē mihi ob finem bonū inferre? Respondeo: quia si mors desideretur, ut debito modo sequatur, nihil mali continet: at si illam quis fibi inferat, cum debitum modū excedat, multū continet mali. siquidem tunc u-
surpat potestatem in vitam, quā nullus

habet, præter Deum. Quare sicuti possum cupere, ut propter bonus
Reip. malefactores morte plectantur,

O 2

sed non

